

LIBER PRIMVS

¶ Ad Ioannē aureliū eius filium. a. Francisco caballo brixienti: de numero & ordine partiū ac librorū physicæ doctrinæ aristotelis liber incipit uenetiis editus duo hadens uolumina. Primū uolumen de p̄fato ordine uniuersali & particulari primi uoluminis. prima sectio de sufficienti numero partiū & librorū physicæ doctrinæ. Caput primum. de utilitate huius libri. Et de eius intentione & inscriptione & ordine. Et est prologus.



Vm ego sapentū fīli mī Ioānes aureli libros Aristotelis de doctrīa physica studiose legerē: agnoscerēq; quo ad eruditionē nostrā illorū ordinem in q̄ pluribus ambiguum: ad ea primo q̄ suis in cōmentationibus scripserant latini: licet īcaute me deuolui. Cæterum cum in illis nō dixerō abiguitates: uerū q̄ plurimors ī ordine hoc maxime & numero cōspicerē errores: sæpe ac sæpius ad me cōuersus: quisnam modus quæ uia foret quibus dicti ordinis ueritas inueniri posset: mecum et cognitabā Ego itaq; ambiguitate hac nō parū uexatus: Aristotelis libros seniorūq; p̄cipuorū p̄p̄atheticorū documenta qui p̄ cæteris philosophi archana docueredenuo p̄trare cepi. eo usq; quo multis laboribus ac uigiliis clara mihi ut puto de hac re ueritas tādē se obtulit. Quare ueritatē hāc iam pluribus ānis plurimisque philosophis ignotā: a me uero pluries inq̄sitam: ac demū apud latinos ut arbitror primo inuentam: tibi fili mī Ioānes aureli: cæterisque absq; liuorē absq; maliuolentia eam legere uolentibus: scribere proposui. Nec putes hanc rem a philosophis ueteribus fuisse p̄uipensam. fuere. n. q̄ plurimi inter quos fuit Adrastus græcus q̄ de ordine librorū Aristotelis cōscripsere. In oī enim cōtēplandi genere uti in p̄rio de p̄tibus aīalium ab Aristotele docemur: duo sunt doctrinæ modi. alter quo res ipsæ de quibus agitur disputant. Alter quonā mō quaq; uia ac ordine res ipsæ quæq; tractari debeāt. cuius rei siue ordinis ac uia & modi peritiā studiosum naturalē philosophū ignorare nō licet. Quare si ueteres si Aristotelis p̄cepta sequor: nostrū p̄cor q̄sq; es q̄ mea legis nō p̄uifacias ingeniolū. erit. n. hoc opus nostrū naturalē uolētibus discere scientiā & eā adiscētibus dux optius & fidelis comes ac uiaticus iis uero q̄ eā iā plene didicerūt mēoria suffragiū. & senectutis ergastulū: cū partiū numerus & ordo ī unoq; ope memoriā foueāt & obstant obliuioni. Tu igitur fili mī Ioānes aureli cui mea hęc licet ætate imaturo dedicaueri: si tibi matura ætas cōcessa fuerit studiose: legito ac monita paterna uti phas suscipito. Vos autē cæteri q̄bus forte fortuna meahęc licet incōpte scripta datum est atigisse: ea p̄cor nō liuore nō maliuolentia: sed uti gratū ab amico munusculū legentes: & si qd forte non recte dictum fuerit corrigentes: de bene scriptis uero nō mihi sed ueritatis principio gratias agentes beniuolam mēte suscipite. Nō. n. uobiscū nō cū quouis alio pugnare cōtendo neq; laudis aut honoris gratia hęc tibi fili uobisque cæteris in hoc insudauī. sed p̄ ueritate sola q̄ sæpe uti comicus dixit odiū parere solet: philosophorū semp̄ amica mea hęc monumenta edidi. Hunc autē meū libellū de numero & ordine partiū ac librorū doctrinæ physicæ Aristot. q̄ duo p̄ cæteris curauī: i duo diuisū uolumina: nūcupari dignū eē putauī. In p̄rio cuius uolumine numerū partiū phicæ doctrinæ Arist. & librorū: similiter at & illoq; ordinē ulem & p̄ticularē determinābo. In sc̄do uero uolumine c̄tra quorūdā errores circa p̄dictū ordinē quoad potero disputabo. Parcāt autē mihi Eggregiū illi philosophi Contra quos hęc ipse scripsi. Parcāt publica t̄pis nostri philosophorū p̄p̄ata ego enim uti dixi nō ut cæteros oppugnem nec ut noua sectari uidear: sed ut ueritatem iam plurimus temporibus elapsis absconditam ac latitantem facile quisq; adiscere possit: mea hęc scripta edidi Cōcessum. n. fuit & ī naturis pusilla quandoq; aīalia quē admodū aristoteles nos in aīalium historiis docuit pro loco ac tempore maiora posse uexare. Liceat igitur & uigē in philosophia ac medicina pusillum per nostri temporis publicas philosophorum academias: me dicorūq; stipatas cateruas minime uersantem: cæteros tam & si in reliquis pitissimos de iure in aliquibus nō bene dictis posse corripere. quandoq; enim bonus dormitauit Homerus. Si enim contra medicos de aīali theriacam pastilloq; theriacales conficiente latinos omnes: errantes disputauī: si etiam hoc in libello contra naturales omnes latinos cum ueritate comite disceptauī: non hoc iustum est p̄sumptioni ascibas. ab hiis enim qui uera dicunt & pro ueritate disputant ueritas ipsa oīs p̄sumptionis delet notam. Non enim in ordine solo: sed in exponēdis Aristotelis uerbis: i nostri latini Auerois quoq; arabs qd̄ mirabilis aliquibus uideēt nō paucis: sed plurimis merētur correptionibus: qd̄ in postere si uita nobis & otium dabit palam fiet legistis latinorū scripta ab hoc ordine deuia: legistis insuper Aristotelis. Theofrastrī. Alexandri. Themistii. Simplicii. Ioannis alexandrini pachimeris. græcorū. Auerois arabis docnēta. legite quæso parūper mea licet incompte condita. uerū iudices absq; liuore absq; odio estote: & ea quæ uobis de numero & ordine partiū ac librorū phicæ doctrinæ Aristotelis scripsero: recte iudicate.

Numerus sufficiens partium & librorū physicæ doctrinæ

Caput.

II.

Artium ac librorū naturalis phylosophiæ Aristotelis numerus sufficiens subiectæ materiæ partione p̄sumitur: siue igitur ens siue substantia siue natura corpus. mobile. uel sensibile. uel naturale. subiectū dicatur: nihil intersit. Ei tantum accedo quod in Principio de cœlo & mundo scribitur. De natura scientia fere plurima circa corpora & magnitudines & horum existit passiones & motus adhuc circa principia quæcūq; talis substantiæ sunt) Quare naturalis scientia de corporibus agit: passionibus eorum: & motibus: & eorum principiis. Scientia. n. passiones de sb̄ctis ex suis probat principiis: Ergo pars una iuxta uetere p̄p̄atheticorū sententiam fit de principiis. erit altera de ortis ab eis. Principia uero passiones & motus alia sunt comunia: alia propria: Comunibus pars una debetur unicum hīs librū in octo diuisum uolumina: qui de physica auditione a ueteribus nuncupabatur: tametsi ab aliquibus duo dicantur libri de principiis alter: alter de motu. iuxta illud in principio meteororū quo colligendo dicitur (De primis q̄dem igitur causis naturæ) hoc quantū ad unū librū

LIBER PRIMVS

qui est de primis causis (Et de omnium motu naturali) hoc quoad alterum qui est de motu: Orta a principiis duplicia hæc quidem simplicia: de quibus est secunda naturalis philosophiæ pars: hæc mixta: de simplicibus, scilicet coelo & elementis quatuor corporalibus: in eo agitur libro qui de coelo & mundo inscribitur: in quatuor diuiso uolumina: prout illud circulari motu: hæc uero recto sursum deorsumue mouentur: in qua parte ea est repõitur porciuncula: quæ tractatum, de quatuor elementis in eo qui de coelo & mundo iam inceptum sub alia quippe ratione perficit scilicet in quantum ipsa elementa & cætera omnia caduca generabilia & corruptibilia sunt: & ad formam transmutantur: & de liber de generatione & corruptione: duo habes uolumina. Mixta sunt duo inanimata & animata. Inanimata duplicia quædam imperfecte mixta sicuti gradus Cometæ & talia huiusmodi: quædam plene mixta: uidelicet lapides & metalla: quæ omnia sub terra: in aere: & altiori loco: ab uno principio materiali, scilicet exalatione fiunt: humida uidelicet: & siccæ: quæ merito in eodem ab Aristotele in uniuersali saltim docentur libro: qui scilicet a ueteribus dicta est metheorologica: quæ nomen de sublimibus contemplationem significat: & licet eo quæ debet strictius sit: Verumtamen Aristoteles de nominibus minime curas uereque cessit auctoritati. loquendum. non est ut plures loquuntur sed est sentiendum ut pauciores & sapientes: & de his est tertia philosophiæ naturalis pars Anima quoque duplicia sunt hæc sola uegetatiua huiusmodi anima, scilicet ipsa plantæ hæc uero sensitua est: uidelicet animalia. Animalia autem uel sola cognitiue: quæ sunt ad discendum: & hoc in libro historiæ fit: in noue partibus uolumina: licet secundum alios in .x. uel cognitione per quæ talia sunt quæ in tredecim fit libris mox enumerandis. Hæc autem duplici uia de animalibus tria docemur. Vnum est animalium substantia siue essentia naturalis cum suis operationibus propriis seu propriis. Secundum est generatio. Tertium uita & mors: cum sibi cognatis. Substantia animalium quæ per causas ad discendum: partim cognoscitur per materiam: & de hac est liber de partibus animalium in quatuor partibus diuisus: & liber de progressu uel processu seu incessu animalium: qui est de partibus ad motum animalium utilibus dicitur: in his, non duobus rationes & causas partium animalium ad discendum partim cognoscitur & magis per formam quæ est anima: & de hac quæ non modo animalium sed uegetabilium quoque est forma in libro de anima in tria diuiso uolumina fit contemplatio. Operationes uero animalium propriæ & propriæ sunt sensus & motus: in quantum anima sensitua est: ipsum consequuntur: sensus, non prout ab exterioribus sensibilibus tali ac tali natura formati per sua instrumenta talibus elementis deputata mouentur: in libro de sensu & sensibili tractantur. Prout uero præteritæ formæ alias sensibus perceptæ denuo reuocantur in actu in libro de memoria & reminiscencia agit. Cæteræ quatenus sensus ipsi non nunquam in effectu transierunt aliquando sopiuntur de eis in eo qui de somno & uigilia fit speculatio. Operatio autem animalis quæ est motus: animalium quoque propria: est quædam motu de loco ad locum omnia fere animalia uel contractionis saltim dilatationisue motu moueantur: non sine sensu perfecto: cum animal omne rem sibi placidam sensu perceptam uel forte infestam appetitu imperate sequatur uel fugiat: Et de hoc motu in eo qui de causa motus animalium in communi tradita est doctrina secundum quæ de animalibus ab Aristotele docetur est generatio, cuius causas in libro de generatione animalium in quatuor diuiso uolumina nos docuit: licet eius definitio in libro de uita & morte ex prius tractatis concludatur. Tertium de animalibus est uita & mors: in quibus cognata: cognata autem sunt uitæ longitudo & breuitas: de quibus causis est liber de causis longitudo ac breuitatis uitæ: Status est iuuentutis & senectutis: inspiratio quoque & expiratio: quibus animal uiuit ac moritur de quibus est liber de iuuentute & senectute & liber de inspiratione. De uita autem & morte omnium ultima in eo fit qui de uita & morte dicitur: in quo pauca de uita cum in libro de causa longitudinis uitæ plura pertractauerit: & plura de morte pertractat. Postquam hæc omnia de animalibus a sola natura condita ab aristotele perfecta fuere mox a puro iam naturæ opere quasi saltem ad ea quæ non sola natura sed arte quoque ministrante fieri possunt scilicet ad sanitatem & langorem: tanquam medium cõterminum utriusque physici uidelicet ac medici accedens & ea pertractans non tamen naturales limites transgrediens: sed principia sanitatis & morbi prima prælibans: omnia tandem quæ de natura sunt animalium finitime claudit. Hoc tamen te scire uolumus quæ prædicta tria scilicet substantia cum operationibus: generatio: & uita cum morte & sibi cognatis in tredecim per causas prædictis inquisita libris: eadem hæc cognitione quia sunt ab ipsomet Aristotele in libro de historiis tractata sunt: quæ quædam omnia animalibus attinentia in libris quatuordecim comprehensa: quarta naturalis philosophiæ cõficiuntur parte. De plantis autem quæ sola uegetaria uiuunt anima de quibus est quinta philosophiæ naturalis pars: nihil certi ab Aristotele ad nos peruenit: sed de eis a Theophrasto eius discipulo libri .xvi. decem uidelicet de historiis: licet de decimo pauca reperiantur: Reliqui de causis Aristotelis doctrinam de animalibus tanquam exemplar sequentes: scripti sunt: qui a Theodoro gaza natione græco: romana tamen eloquentia secundo: nobis nuper e græca lingua in latinam de nouo conuersi sunt: in quibus libris pari modo Theophrastus Aristotelis de animalibus uestigia sequens: substantiam uegetabilium cum suis operationibus: generationem: & uitam cum morte: & sibi cognata: quoad fieri potuit subtiliter disputauit: de quibus ad præsens non plura: De physica enim doctrina ab Aristotele tradita præsens est intentio Partes itaque & certus librorum numerus doctrinæ physici Aristotele. Ita se habet secundum ueterum peripatheticorum sententiam quæ iuniores sic eam diuiserunt dicentes materia physico subiecta uel sit ens uel corpus mobile considerari posse uel in se & de hoc est libro de physico auditu uel ad materiam contractum: simplicem uel mixtam simplicem in quantum ad situm mobile & est liber de coelo & mundo uel ad formam & est liber de generatione & corruptione. Si ad mixtam uel ad id quod est in uia mixtionis & est liber metheororum uel plene mixtum inanimatum quod uocatur mîerale uel animalium cuius prior pars est anima de qua & suis operationibus est liber de anima & alii de operationibus: posterior pars est corpus de quo est liber de animalibus ex historiis partibus & generatione animalium confectis de animalibus ab his nuncupatis. Quantam autem ueritatem horum iuniorum sententiam in se continet in posterum fiet manifestum

Secundo secunda & est ordo uniuersalis quinque partium doctrinæ physici. Caput primum de ordine uniuersali trium primarum partium.

Abito numero partium ac librorum Physicæ doctrinæ Aristotelis sufficenti: nunc de ordine dicendum est. est autem duplex ordo. hic comunior: partis ad partem: de quo in primis: particularis alter: uidelicet particularum unius partis in se: de quo posterius. Comunior ordo est quo quinque inuicem maiores ordinantur partes. Prima quarum est de principiis primis causis & elementis naturæ: ac de comunibus naturalibus